Subterfugiendo nec modo quovis evadendo Oris suis Officii personalibus Recognitionibus ad praemissa reddiam.

Idem Eisdem Obligat

Comparens personaliter coram Officio et Actis Officii Castren Capitan Premysl Generosus Stanislaus Oszkowski sanus mente et corpore exis a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitli Premyslien Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se eius successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum Officio recognovit Quia ipse suo et Nobilis Hedwigis Sarnicka Consortis suae legitimae pro eiusque ratihabitione cavet ac se Officio subiit nomine Bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet Totam et integram sortem suam in villa Kotowalnia Terra et Districtu Officii Premysliensi iacentem nominatim a Generoso Stephano Lebrowski Iure haereditario acquisitam nimirum Laboniis seu Karpa et Stephan Cnethoner bene possessionatis duos nec non Hortulanos itidem duos Raczko et Kalin cum eorum Gazis ac tota Supellectili domestica Laboniis dationibus tum Curia Item nec non quatuor quartas agrorum ad Curiam propter Conseminationes Curiales cum pratis campis omnibusque attinentiis et pertinentiis ad eandem sortem ex antiquo spectantibus cum omni praemissorum Iure dominio proprietate ac quavis competentia et Prerogativa sua omnibus et singulis commodis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus commoditatibus emolumentis obvenientibus attinentiisque et pertinentiis quibusvis universis Nihil ex praemissis Iuris dominii proprietatis ac cuiusvis competentiae et Prerogativae pro se Recognte suisque Haeredibus aut quopiam alio reservando seu excipiendo Verum prout bona praefata ipsemet Recognts tenuit habuit et possidebat possidereque concernebat ac eadem serviebat Iam ex nunc et de facto Generoso Ioanni Blazowski eiusque posteris in summa

Mille floren polon Certi veri iusti et liquidi debiti hinc et a data praesenti ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturum et inde facta pro-tunc bonorum eorundem exemptionis Summaeque suprascriptae realis et integrae persolutione ex tunc ad aliud simile Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli per Annum proxime tunc venturum incidens et sic consequenter de Anno ad Annum Festo ad Festum Anni et Festis continuo et immediate se sequentibus usque ad exemptionem bonorum praefatorum Summaeque praefatae totalem et integram persolutionem obligavit inscripsit et innadiavit prout inscribit innadiat et obligat praesentibus In quaquidem bona suprascripta praesentibus per se Recognoscentem obligata idem Recognoscens Generosus Osekowski praefato obligatario [illegible] exuere et de facto coram officio praesenti dat et admittit ut realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerit offitiose acceptandam Per ipsum Generosum Joannem Ptaszowski obligatarium suum et eius Successores bona praefata praesentibus obligata cum universis eorum utilitatibus et usufructibus tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad usus suos suorumque Successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi modo et titulo obligationis Habetque et [illegible] memoratus Recognoscens Generosus Stanislaus Osekowski prout se ac suos Successores [illegible] super bonis suis quibusvis omnibus ac Summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis praefato Generoso Joanni Ptaszowski eiusque posteris inscribit et obligat praesentibus Ipsum et eius Successores in dictis bonis praesentibus obligatis et ratione eorundem ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque Conditionis Status et Sexus cuiusvis existentium exonerare in omni Judicio et officio Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnemque eum praestare debet Nec non hanc eadem bona praesentibus obligata ab omnibus in genere Obligationibus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona praesentibus innadiata modo quovis factis et faciendis tum etiam a quibusvis litationibus in eadem bona suprascripta importatis et importandis Litis dependentibus et pendentibus processibusque litis quibusvis in quocunque [illegible] dependentibus et in quovis Judicio et officio Regni modo quocunque

obtentis et obtinendis

obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus perductis et perducendis emundare et liberare nundaque et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praesentis obligatorium dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose regiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere dataque et admissa eadem possessionem et usum fructum praemissorum omnium quovis modo tam per se quam per suas quarum subiectas et subordinatas personas non impedire nec adimere ipsumque obligatarium suum et ipsius successores in bonis praefatis praesentis invadiatis nullo modo iniuriari Ita et eadem bona praesentis obligata idem obligatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice praesentis inscriptionis obligatoriae vigore tenere habere et possidere queat et possideat sub vadio Mille florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem sive ipsius posteros praefato obligatario suo vel ipsius successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo Nihilominus praefatus Recognoscens Generosus Stanislaus Osękowski praefato Generoso Ioanni Blazowski obligatario suo aut ipsius posteris se ac suos successores in et super bonis suis quibus omnibus ac summis pecuniariis quibusvis inscribit et obligat praesentis praefatam Generosam Adalbertam Jarnicka Consortem suam Unacum assistentia sui Recognoscentis vel in eventu mortis successores ipsius ad approbandam per ipsam inscriptionem praesentis obligatoriam vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis habentia intra decursum Duodecim septimanarum adducere et personaliter statuere ab eaque vel eius successoribus et praemissa debite exequatur efficere velit sub simili vadio Mille florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem sive ipsius posteros suprascripto obligatario suo et ipsius successoribus ob non statutionem praefatae Consortis suae pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbit ac ne aliqua pars ex praemissis non completa completa restatque exinde Recognoscens Generosus Stanislaus Osękowski sive ipsius posteri Ad instantiam suprascripti Generosi Io-

anni Bladowski Obligatarij sui sive eius posterorum Ad officium praesens Castrense Ca-
pitaneale Premisliense Extunc recessu suprascripto quoad res possidendo spectat mediante
semper in primo Citatorio Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere responde-
re vadium contractum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debe-
bit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat Illic primo termi-
num peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eius de terminos semper
peremptorios vera infirmitate pro ratione, in comitate successorum legatione ultra
vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Victorem vel alijs quibusvis
dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximo
officij praesentis Castrensis Premisliensis Terminorum dilatione sibi non recipiendo nullasque motio-
nes Apellationes ac earum prosecutionem faciendo ac praemissa omnia poenis triplicibus
vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris Inscriptione Terrestri bello
Convocationeque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo
quovis evadendo Item praesenti Inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Premisliensi Fe-
13/III ria Quinta post Dominicam
Reminiscere Quadragesimalem
proxima. Anno Domini Mille-
simo Sexcentesimo Quinquagesimo Tertio.

Sieczinski Ilotriets loci Fra-
tri germano Cedit

Comparens personaliter coram Generoso Valentino Czerminski ex loco infrascripto